



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Der Eggestenstein im Fürstenthum Lippe**

**Clostermeier, Christian Gottl.**

**Lemgo [u.a.], 1848**

§. 6. Urkunden.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10018797-1**

U r k u n d e n.

I. Confirmationsurkunde des Bischofs Heinrich von Paderborn, vom J. 1093 \*).

In nomine sancte et individue trinitatis *Heinricus* dei gratia *patherbrunnensis* ecclesie episcopus notum esse volumus universitati fidelium, quod tribus fratribus secundum carnem nobilibus dividendis hereditatem uni pro venit in parte sua territorium *Colstide*, alteri superius *Holthúson*, tertio nomine *Imiconi* inferius *Holthúson*, quorum unus dedit partem suam scilicet *Colstide* sancto Liborio ad principalem ecclesiam in *patherbrun*. alter suam partem videlicet superius *Holthúson* tradidit sancto Lüdgero in *Werthen*, quam traditionem ut ille tertius nomine *Imico* consentiendo laudaret, ei de sua parte lapidem *Agisterstein* in vicino nemore et totum a cacumine ipsius lapidis usque in campos inferioris *Holthúson* et usque ad campos vicini loci *Hornon* in proprietatem dederunt, sicque idem *Imico* usque ad finem vite sue cum territorio *Holthúson* eundem lapidem usque ad predictos fines singulariter possedit. predictus vero *Imico* moriens filium suum nomine *Erphonem* heredem reliquit, qui et predictam patris hereditatem absque contradictione tenuit. ipse autem immatura morte preventus matri sue *Ida* sua omnia hereditavit, a qua videlicet *Ida* cum consensu filie sue nomine *Witsuit* et generi sui nomine *Everhardi* de *Veltheim* et aliorum heredum domnus *Gumbertus* venerabilis nostre civitatis abbas datis XIV libris argenti cum aliis xeniis monasterio, cui prefuit in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli constructo idem territorium cum lapide jam dicto et cum vicino nemore pleniter ut predictus *Imico* et sui heredes tenuere, acquisivit et VI solidos gravioris mone-

\*) *Schaten*: Annal. Paderborn. I, 633. — *Falcke*: Tradit. Corbej. P. VI. p. 528. — *Masmann*: Der Egsterstein in Westfalen, p. 47 sq. — Vgl. oben *Olostermeier*: Der Eggerstein. S. 13. —



te, qui inde omni anno solvuntur fratribus suis monachis in refectorio ad caritatem servire constituit in anniversario *Ottonis comitis* et item in anniversario ejusdem laici nomine *Bosiconis* fratris ipsorum, quorum uterque quinque marcas ad coëntionem ipsius territorii impendit pro hac ipsa causa scilicet pro commemorando anniversario eorum.

Hujus rei testes sunt Gerhard Wolfhard Walraf Embri-co Meinger Godescale Sibertus Trithemar (Falcke: *Thitmar*) et alii multi.

Hanc autem cartam istam traditionem scriptam tenentem ego *Heinricus* dei gratia patherbrunnensis sedis episcopus rogatu prefati abbatis et fratrum suorum sigillo nostro insigniri feci anathematis sententia feriens omnem personam, que hec bona predicto monasterio auferre tentaverit absque justa et utili commutatione.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice MLXXXIII. indictione II. imperante romanis Heinrico III.

---

## II. Pachtverleihung des Ertersteins mit den, zu demselben gehörigen, Grundstücken von Seiten des Abtes Bernhard von Werden an einen gewissen Heinricus.

(Die Urkunde ist wahrscheinlich von 1140 \*).

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego *Bernhardus* dei gratia *Werthinensis* abbas notum esse volo, inprimis ecclesie beati *Liudgeri*, deinde cunctis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod vir probus nomine *Heinricus*, pertinens ad ecclesiam *Patherbrunnensem* nos adiit, inprimis per familiares quosdam nostros amicos suos, deinde per se ipsum rogans, ut quedam bona nostra in *Patherbrunnensi* parrochia posita et ad tale servitium committeremus, quod bis scriptum in uno folio nobis et in altero sibi servandum daremus, cujus petitionem, utpote veracis et dilecti

---

\*) Maßmann: Der Egsterstein in Westfalen, p. 48. — Vgl. Klostermeier: Der Eggestein. S. 15. — Anhang. S. 2. —



viri fidelem et bonam notantes et e contrario fideliter et bene suscipientes, territorium nostrum *Holthúson sive Egesterenstein* \*), sicut rogavit, cum omnibus adjacentiis suis ad St. Liudgerum pertinentibus ita commisimus vel prestitimus, non in beneficium, sed in villicationem, ut annuatim Abbati *Werthinensi* det duas mansiones, unam quando de *Werthina* in *Helmenstat* vadit, alteram quando de *Helmenstat* in *Werthinam* redit. Nuntios quoque hinc et inde quodocunque venientes suscipiat. Si vero iter istud ipsius abbatis opportunius dilatum fuerit et abbas ipse non ierit, duobus vel tribus annis ideo a servitio mansionum sedeat, et nuntiis tantummodo serviat, istis autem duobus vel tribus annis ideo a servitio predictarum mansionum quiescat, ut et redintegretur ad iterum serviendum et aedificiis nostris et aliis culturis nostris eo melius providere valeat et provideat. Et si abbas monachum ibi ad celebrandas missas habeat, abbas det sibi omnem vestitum, predictus *Henricus* omnem victum. Si vero canonicum ibi habeat, abbas tantummodo dimidiam marcam ei det, cetera omnia sepe predictus *Henricus* ei provideat. Et hoc quoque distinctissime interdictum esse nuntiamus, ne hec prenominata bona monasterii nostri idem *Henricus* alicui suorum heredum habenda dimittat, nisi hoc vivens elaboraverit ut fiat, ne hoc quoque celamus, quod hominum ejusdem *Heinrici* ob fidem et fidelitatem super hac re ex utraque parte firmiter tenendam, libenter suscepimus feliciter. amen.

Testes igitur istius rei sunt et presens privilegium sigillatum sigillo sancti *Liudgeri* et sigillo abbatis *Bernhardi* deinde isti *Godefridus* prepositus, *Lambertus* cantor, Anno camerarius, *Gerhardus* frater cum ministerialibus ecclesie S. *Liudgeri* *Everhardo* avvocato et dapifero, *Erenfrido*,

\*) Eine hinzugefügte ältere Anmerkung lautet: Est magna quaedam rupes inter civitatem Paderbornensem et oppidum Horn, in qua rupe sacellum est excisum quod *Exterenstein* vulgo vocatur, hoc habitaverunt usque ad nostra tempora clusarii sive heremitae, qui deprehensi latrocinia exercuisse, expulsi extirpatique sunt. *Masmann: Der Egsterstein in Westfalen.* p. 48. Note 2. —



Bernhardo, Gerlago, alio Everhardo, Helia, Reinbodone, Seberto, Wigboldo \*).

III. Anweisung des Bischofs Heinrich von Paderborn an den Pfarrer in Horn, öffentlich zu verkünden, daß auf Präsentation des Abtes von Kloster Abdinghof der Leutfried Everbern zum Benefiziaten der Capelle zum Egsterstein ernannt worden, und daß Einwendungen gegen dessen Person beim Bischofe anzuzeigen seyen.

(Urkunde vom J. 1366, nach dem Original mitgetheilt vom Domcapitular Meyer in Paderborn \*\*).

Henricus dei gratia episcopus paderbornensis rectori ecclesie parrochialis in Horne salutem. Ad capellam reclusorii *Egesterensteyn* per mortem domini Wyberti rectoris ejus novissimi nunc vacantem discretus vir Liutfridus Everberen dyaconus nostre civitatis per religiosum virum dominum Conradum Abbatem monasterii Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Paderbornens. ordinis Sancti Benedicti, ipsius patronum nobis existit presentatus, qui humiliter se a nobis de eadem capella petivit investiri, secumque procedi, ut est moris, unde dictum apostoli dicentis: nemini cito manus imponas, sedula mente pensantes et in hoc casu maturius procedere cupientes, vobis in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus, quatenus, quo propter hoc accedendum fuerit, accedentes publice generali proclamationis edicto citetis precise et peremptorie omnes et singulos sua interesse credentes et se eidem presentato opponere volentes, ut Sabato proximo in ecclesia nostra coram nobis, si presentes erimus, alias

\*) Aeltere Anmerkung: Annus huic scripto non est additus. Bernhardus hic abbas putatur fuisse e familia Wevelinghoven, sub eo contigit postremum miraculum de quo auctor rhythmicus ap. P. R. Bollandum in vita S. Liudgeri 2 martii (circa 1140). — *Masmann*: Der Egsterstein in Westfalen, p. 48. Note 4. —

\*\*\*) Das Schreiben Meyers an Paul Wigand ist 26 Jan. 1825 unterzeichnet. Wigand's westphäl. Archiv. I, 1. p. 105 fg. — *Masmann*: Der Egsterstein in Westfalen, p. 49.



coram . . . officiali nostre curie paderbornensis per se aliam vel alios ydoneos responsales \*) compareant, ad informandum nos de suo jure et interesse, nec non ad opponendum se et contradicendum, si decreverint, presentato suprascripto et ad procedendum ulterius, ut est juris, cum intimatione, quod sive venerint, sive non, nec ulterius faciemus, quod exoptulat ordo juris, presertim cum presens casus accelerationem desideret, citatorum contumacia vel absentia non obstante quid vero in premissis feceritis et diem executionis nobis vestris literis his infixis fideliter rescribatis. Datum sub nostro minori sigillo, anno domini M.CCC.LX sexto in die Sancti Oswaldi regis (5 August.).

An der Urkunde hängt folgender Transfirbrief:

Reverendo in Christo patri ac domino domino Hinrico Ecclesie paderbornensis Episcopo Martinus plebanus in Horne reverentiam et obedientiam in mandatis. Noveritis me vestrum mandatum, cui hec presens scedula est transfixa, coram multitudine populi ad hoc per campanam vocata, fore diligenter in omnibus, prout decet, executum. Datum ipso die Sixti et Sociorum ejus, hora celebrationis matutinarum nostrarum vel quasi anno domini quo supra. Sub sigillo meo presentibus in testimonium premissorum appenso. —

NB. Die Siegel waren abgeriffen.

IV. Anweisung des Bischofs Heinrich von Paderborn an den Pfarrer zu Horn, den Leutfried Everbern als Benefiziaten der Kapelle zum Eggerstein einzusetzen.

(Urkunde vom 3. 1366 \*\*).

Henricus dei gracia episcopus Paderbornensis Martino plebano parrochialis ecclesie in Horne Salutem in domino. Nuper ad instanciam Liutfridi Everbern dyaconi paderbor-

\*) Responsalis ist gleichbedeutend mit Procurator, Bevollmächtigter. Vgl. *Du Cange: glossar. s. v. Responsalis.*

\*\*\*) *Bigand's westphäl. Archiv.* I, 1, p. 106 fgg. — *Wasmann: Der Eggerstein in Westfalen.* p. 49 fg.



nensis, qui per religiosum virum dominum abbatem monasterii sanctorum Petri et Pauli paderbornensis, ordinis sancti Benedicti, tamquam patronum ad Capellam reclusorii *Egesterensteyn* prope Horne per mortem Wyberti presbiteri, ejus rectoris ultimi vacantem nobis fuerat presentatus, omnibus et singulis sua interesse credentibus et se opponere volentibus ad informandum nos de suo jure et interesse ad certum peremptorium terminum, videlicet presens Sabbatum citatis, et quia non comparuerunt, exigente justitia contumacibus reputatis, Idem Dyaconus, non obstante citatorum contumacia, secum ulterius procedi juxta tenorem proclamationis emisse humiliter postulavit, cujus precibus tamquam justis annuentes, ipsum pretextu sue presentationis ad dictam capellam in rectorem admisimus, (et eum?) per librum, ut moris est, investivimus, in eam instituimus et in corporalem possessionem inducendum esse decrevimus in hiis scriptis. Quare vobis precipimus, et mandamus, quatenus prout requirerini, ad dictam Capellam sub testimonio competenti accedentes eundem investitum in corporalem possessionem inducentes eidem de fructibus, proventibus et juribus ipsius Capelle et nulli aly Auctoritate nostra faciatis et mandetis debitis temporibus ab omnibus, quorum interest, vel interesse poterit, digne responderi, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam firmiter compescendo. Diem inductionis et quid in premissis egeritis, nobis vestris literis, hiis infixis, fidelissime rescribatis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno domini Millesimo CCC. Sexagesimo sexto, Sabbato ante festum sancti Laurentii martiris (8. August). Hora quasi Vesperarum.

An der Urkunde ist folgender Transfirbrief befestigt:

Reverendo in Christo patri ac domino, domino Hinrico, paderbornensis Ecclesie Episcopo, ejus humilis Martinus plebanus in Horne reverenciam in omnibus et honorem. Ad Capellam reclusory in *Eghesterenstene* accedens Lutfridum Everberen dyaconum de eadem investitum, et in ejusdem rectorem per vos institutum juxta mentem et tenorem vestri



mandati, cui presens cartula est infixā, personaliter in corporalem possessionem sepedicte capelle induxi, sibi que et nulli aly vestra auctoritate de fructibus et juribus ejusdem responderi de quibus intererit, feci, et in ecclesia Horne executioni, debite hoc idem fieri, publice demandavi presentibus honorabili viro domino Conrado Abbate monasterii sanctorum Petri et Pauli paderbornensis . . . domino Heynemanno ibidem Cellerario, Johanne de Wilbadessen in ecclesia paderbornensi Beneficiato, nec non Johanne Viuntken Layco ac alys quam pluribus fide dignis ad presentia pro testibus vocatis. Sub anno domini Millesimo CCCmo sexagesimo sexto. In Vigilia Laurency martyris que pro tunc accidit in diem dominicam.

(Die Siegel waren abgerissen.)

V. Bescheinigung des Bischofs Heinrich von Paderborn, daß der Knappe Conrad Bose der Capelle zum Eggesternstein mehrere Grundstücke geschenkt habe, wegen der zeitliche Benefiziat verpflichtet sey, in derselben wöchentlich, und zwar im Winter zwei Mal und im Sommer drei Mal, Messe zu halten.

(Urkunde vom 3. 1369 \*).

In Nomine domini amen. Henricus dei gratia episcopus paderbornensis. Conradus Bose armiger nobis dilectus ob suam, Progenitorum et omnium fidelium animarum salutem Primo domum, que dicitur Wotkenershus prope cimiterium opidi Horne, Item ortum et tria Jugera cum dimidio terre arabilis juxta portam inferiorem, Item duo Jugera ante portam aquilonarem, Item duo jugera ad viam Capelle subnotate, Item quatuor Jugera juxta montem Pingelsberg, et duo Jugera inter dictum montem et silvam dictam Sudholt situata Capelle thon Eghesterensteyn prope opidum Horne in Reditibus pauperi et exili, ut eo commodius ejus rector pro

\*) Wigand's westphäl. Archiv. I, 2. p. 118 fg. — Maßmann: Der Eggesternstein in Westfalen. p. 50 fg. —



tempore qualibet septimana bis in hieme et ter in estate perpetuis temporibus missarum solemnia, cessante necessitate ibidem celebrare teneatur, de consilio et assensu domini Abbatis thon abdinchove patroni, et Henrici de Herisia presbiteri, nunc ejusdem Capelle Capellary, Pietatis intuitu cum hilaritate contulit et donavit, supplicans cum eisdem Patrono . . . et Capellario, hoc onus suo et successorum nomine in se sumentes, humiliter, Quatinus hoc per nostram auctoritatem dignemur confirmare. Igitur quia libenter opem et operam nostras ad id impendimus, per quod dei cultum augeamus, presentem ordinationem, ut nunc et in eternum inviolabiliter observetur, auctoritate ordinaria approbamus et confirmamus in hiis scriptis, volentes ut ex nunc in antea hujusmodi res donate censeantur ecclesiastice, et Jure, privilegio et libertate talium semper potiantur. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum una cum sigillis domini . . . Abbatis patroni, Henrici Capellary et Conradi predicatorum presentibus est appensum. Que omnia nos Conradus Abbas Henricus rector, et Conradus donator sub nostris sigillis confitemur esse vera. Datum et actum anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo nono. In vigilia Beatorum Petri et Pauli apostolorum.

NB. An der gut erhaltenen Urkunde hängen die Siegel des Bischofs und des Abtes; das Siegel des Knappen Conrad Bosen ist abgefallen.

VI. Bernhard VIII. Graf und edler Herr zur Lippe tauscht mit dem Besitzer des Beneficii zum Eggesternstein einige Grundstücke aus.

(Urkunde vom J. 1560 \*).

Wir Bernhardt Graff und Edler her zur Lippe thuenn kundt unnd bekennen hirübermiz vor unns unnsere Erbenn unnd yedermennich öffentlich bezeugend. Nachdem der ersam unser lieber getreuer Eriirt Rodewich Burgermeister unser Stadt Hornnhe vonn wegennt

\*) Wiganb's westphäl. Archiv. I, 2. p. 119 fg. — Masmann: Der Eggesternstein in Westfalen. p. 51. —



seines Sohens Johannis Robewiges als Possessoris des Benefity zum Egsterensteine unns uff unnsere genebig gestiment eynenn gartenn gelegenn hinder unnserm pothove vor Hornhe zwischen gartenn Sanct Johannis unnd des Barchmeyers unnd darzu eynn stücke landes Gelegenn zwischenn Pastors M. Gert Slipsteins unnd Henrich Fegers lande darfuluest erblich vortauschet, unnd überlassenn hatt, Als habenn wir zu behoiff gerortes Benefity, unnd zu einer geborlichenn erstattung Ime daruor erblich überlassenn unnd zugestelt unnd ihnenn das yegenwertig ynn macht dieses Breues Eynenn ortt Landes vonn einem stücke gelegenn ym Nortfelde hinder M. Johann Grotenn gartenn, dero gestalt das ehr daruonn eynenn gartenn widerumb zu richtenn und desselbenn ynn aller massenn, wej des vorigenn zu seinem bestenn zegett, frey gebrauchenn mag. Desgleichenn vor das uffgemelte stücke landes yme ersslich widerumb zugewisset unnd folgenn lassenn Eyn anwendenn stücke landes hinder unnserm Pothove vorgerort gelegenn, derselbenn zu des Lehenns Possessoris bestenn zu gebrauchenn, anhe unnsere unnsere mitgebachtenn, offft yemantz rechtmessige ynsperrunge. Wir unnd unnsere mitberortene sollenn, und wollen ymhe gemeltem Possessori desselbenn gartenn unnd anwendenn stücke landes steiz zustehenn, auch desselbenn bekannte Herene unnd warent seyen, wej offte das notich unnd sollichs gesunnen worde anhe weigerunge, Alles getrewlich unnd ongevertich habenn des zu Urkunde der warheit unnsere yngesiegele wissentlich hyrann gehangenn. — Gebenn nach der gebort Christi Fünffzehnhundert und ym Sechtzigstenn yare Am tage Michaelis Archangelj.

NB. An der Urkunde hängt das bekannte Siegel des Grafen zur Lippe, welches, so wie die ganze Urkunde, sehr gut erhalten ist.

VII. Jodocus, Abbt des Klosters Abdinghof in Paderborn, verleihet dem Priester Gerhard Decator (Egger) das Beneficium zum Egsterstein.

(Urkunde vom J. 1592 \*).

— Sacellum sive Beneficium nostrum *sub titulo vel Invocatione Sancte Crucis in lapideo monte*, vulgo Eggestern=

\*) Wiganb's westphäl. Archiv. I, 2. p. 120 fg. — Masmann: Der Egsterstein in Westfalen. p. 52.



steyn prope Hornense oppidum, insigniter fundatum \*), cujus collatio seu provisio, quoties illud vacare contigerit, ex antiquissima et hactenus inviolabiliter observata consuetudine, phenoque jure ad nos tamquam verum et indubitatum collatorem, nostrosque Successores dignoscitur pertinere, modo per nuperum obitum ac decessum dilecti nobis Cunradi Barhuiff vacans etc.

Zugleich erteilt er ihm die Investitur auf die vorhin angegebene Weise.

Acta sunt isthaec in Abbatiaj Sacello nostro ante memorato presentibus ibidem honestis ac discretis viris Johanne Sassen consule oppiduli Belekensis et Cunrado Dunschen cive padibornensi testibus ad premissa vocatis etc. — Anno reparatae salutis ultra sesqui millesimum nonagesimo secundo, mensis octobris juxta reformatum Stylum die vigesima quarta hora circiter prima pomeritiana.

NB. An der Urkunde, welche von einem Notar unterschrieben ist, hängt das Siegel des Abtes Jodocus.

Auf der Rückseite ist von einem anderen Notar bemerkt:

Praesentium literarum harum exhibitorem Dominum Gerhardum Occatorem etc. ad sedulam Petitionem ac legitimam requisitionem suam debitis consuetis et ad hoc necessariis adhibitis solennitatibus in realem, corporalem et actualem possessionem Sacelli ac Beneficy *thon Eggesterenstein* juriumque et pertinentiarum omnium ejusdem Ego Notarius infra scriptus per attactum annuli januae et cornuum altaris ipsius Sacelli in Dei nomine, nemineque contradicente, posui et induxi, sibi que idem regendum et possidendum tradidi et assignavi. Actaque fuerunt, et sunt isthaec in ipso Sacello Eggesterenstein Anno domini supra sesqui millesimum nonagesimo secundo feria quinta, mensis octobris, juxta reductum Stylum, vigesima nona die, hora quasi undecima antemeridiana, praesentibus ibidem honestis ac discretis Baltazaro von Heisterenn, Jodoco Rosenn, et Johanne Gerdenen testibus ad hoc specialiter vocatis et requisitis, aliisque pluribus ibidem astantibus, auscultantibus et intuentibus.

\*) Vgl. Klostermeier: Der Eggestenstein. Anhang. S. 4. —



Ego Henricus Sassen Belekensis, sacris apostolica et imperiali autoritatibus Notarius publicus legitime ad praemissa omnia requisitus, in modum simplicis protocollis (salva quatenus opus fuerit, latiori extensione) manu propria haec scripsi ac subscripsi.

NB. Auf der anderen Rückseite der Urkunde ist angegeben:  
Horum vigore obtinuit collationem Beneficij in Sacello nostro Thom Eggesternstein dominus Gerhardus Occator. Anno 1592. Octobris 24.

VIII. Bruchstück eines, wahrscheinlich von dem damaligen Lippischen Landdrosten Lewin Moritz v. Donop im Jahr 1654 an den Canzler Nevelin Tilhen († 1669 zu Detmold) in Betreff des beabsichtigten Verkaufs des Ertersteins an den Großherzog von Florenz gerichteten Schreibens \*).

Edel Ehrenvester u. s. w.

Ihr erinnert Euch gutermassen, was wegen des Herrn Großherzogen zu Florenz Hochfürstlicher Durchlauchtigkeit des Herrn Thumbechant zu Paderborn Hochwürden wegen des Eggestern Steins, dessen Antiquität und für so vielen Seculis darbei verübten großen Devotion halber, und daß Wir derselben selbigen Stein (so ihrer Meinung nach heilig) für eine erklärlliche Erkenntniß überlassen möchten, an Uns haben gelangen lassen; gleichwie nun Illustrissimus unser gnädiger Herr nicht abgeneigt wären, Ihrer Hochfürstlichen Durchlauchtigkeit darin zu gratifiziren, angesehen dieser Stein Ihrer Gräßlichen Gnaden nichts in effectu profitiret, auch die vermeinte Heiligkeit man dieses Orts nichts achtet, sondern vielmehr für eine Abgötterey hältet, auch der Herr Thumbechant (als welcher dieses negotium wegen des Großherzogen sich sehr läffet angelegen seyn), so viel zu verstehen giebt, daß wir ein gut Stück Geld — — — dafür bekommen können &c. &c.

\*) Nach einer Mittheilung des im J. 1808, 95 Jahre alt, zu Detmold verstorbenen Fürstlich Lippischen Archivraths Ludwig Knoch. Vgl. dessen Aufsatz: Der Erternstein bei der Stadt Horn, in den Lipp. Intelligenzbl. vom J. 1768. nr. 53. — Vgl. Klostermeier: Der Eggesternstein. S. 27. —